

genter peragendum inducere. Non me latet, hac ipsa in re, de qua loquimur, in eadem Tiburtina, et videri potest, S. Congregationem consulendo Sanctissimo respondisse; se quid hoc probat? nisi S. Congregationem, cujus munus est vigilare Rubricarum observationi, allatam in contrarium consuetudinem noluisse admittere, sed attentis peculiaribus circumstantiis inclinasse, forsitan ad illam non penitus saltem excludendam, sed eodem tempore noluisse eam propria auctoritate aut adprobare aut confirmare, utpote Rubricae dispositioni non apprime conformem, et, si quae Indulgentia hac in re posset concedi, a Supremo Pastore concederetur, quemadmodum revera factum est. Sed peculiaris haec Tiburtinae Ecclesiae Cathedrali ob peculiare rationes concessa Indulgentia generalem non constituit dispensationem, adeo ut liberum cuique sit ea uti. Si enim eadem non adsint rerum adjuncta, fortasse nec alteri Ecclesiae concedetur, eoque minus poterit aliqua Ecclesia per se hanc sequi praxim: persaepe enim evenit ut Diaconus Praeconii diversus sit a Diacono Missae non ex necessitate, non ex vocis defectu, vel ex voce aut nimis aspera, aut ad modulationem inepta, sed ex quadam vocis ipsius ostentationis specie alius seligatur Diaconus, qui adstantium concinna nimis vocis modulatione alliciendo aures, plausus captare velit ac laudes. Nisi igitur necessitas adsit, unus idemque esse debet Diaconus Praeconii et qui in Missa ministrat, sine enim necessitate aut rationabili causa Rubrica accuratissime servanda est, nec ab ea declinandum, et omnis illius interpretatio, si qua in tam clara illius dispositione esse potest, excludenda est.

2) Def. patenam in s. Communione.

Vd.: *Assistens Presbyteri.*

Presbyterum assistentem non debere subtus Pluviale stolam gestare nec fidelibus cum patena ministrare, quoties Eucharistica Communio instituenda est, sed utrumque spectare ad Diaconum. S. R. C. 11. Mart. 1837.

3) Ministrat incensum.

Cf.: *Incensum.* (quis etc.); *Assistens Episcopi*; *Diaconus etc. Episcopi* (incensat Episcopum).

Diaconus, quotiescunque thurificatur altare, incensum ministrare tenetur. n. 1597 ad 4 die 5. Sept. 1648.

4) Porrig. Celebranti SSmm. et recipit.

Vd.: *Ostensorium.*

DIACONUS ET SUBDIACONUS MISSAE.

1) Abbatis.

Cf.: *Usus Pontificalium.*

Abbatibus contenti esse debent Diacono et Subdiacono, qui in missa cantaturi erunt Epistolam et Evangelium. n. 531 die 18. Mart. 1617.

Vd.: *Diac. ass. abb.*

2) Archipresbyteri.

In functionibus extraordinariis non teneri Canonicos Archipresbytero solitam assistentiam diaconalem et subdiaconalem praebere. n. 1544 ad 9 die 16. Sept. 1645.

3) In benedict. Palmarum.

Ad dubium: Quum Caeremoniale Episcoporum lib. 2 cap. 21 num. 4 mandet, ut Epistola et Evangelium Benedictionis Palmarum decantentur ab iis Ministris, qui in Missa ministraturi sunt, quaeritur: utrum haec observanda sint, quamvis Benedictio

Palmarum fiat ab Episcopo, et Missa celebretur ab alio cum Ministris non Canonicis, vel potius duo Canonici in Missa non ministraturi debeant Epistolam et Evangelium supradictum decantare?

Et S. eadem C. . . rescribendum censuit:

„Affirmative ad primam partem, negative ad secundam“.

Atque ita rescribere censuit et declarare. n. 5180 ad 1 die 25. Sept. 1852.

4) Canonicorum Cathedralis.

a) In ipsa Cathedrali.

Vd.: *Purificatio B. V. M.*; *Diaconus in Missa convent.*; *Mansionarii*; *Osculum manus Epis. et Celebrant.*

Canonicos teneri ad inserviendum pro Diacono non solum Dignitati sed etiam cuique alii Canonico solemniter celebranti. n. 810 die 31. Mart. 1629; n. 1459 die 11. Julii 1643.

Canonico solemniter celebrante Canonicos pariter pro Diacono et Subdiacono et non alios inferiores inservire debere, non obstante contraria consuetudine, quam abusum. n. 901 ad 1 die 8. Mart. 1631; n. 1094 die 24. Sept. 1638; n. 1271 die 6. Oct. 1640; n. 1699 die 28. Mart. 1654; n. 2124 die 23. Julii 1661; n. 2280 ad 1 die 12. Julii 1664 cum appendice: „Teneri etiam absente Episcopo“ Archiepiscopum Baren. posse et debere compellere Canonicos Cathedralis, quando non sunt legitime impediti, per se ipsos et non substitutos ad inserviendum Canonico celebranti pro Diacono et Subdiacono sub censuris et poenis, etiam auctoritate S. C. n. 2826 die 10. Julii 1677.

Decreta jam emanata habere locum in omnibus functionibus, in quibus celebrante Dignitate requiritur Diaconus et Subdiaconus. n. 907 ad 1, die 22. Mart. 1631. — Non vero habere

locum in *Vesperis et Matutinis*, quia in ipsis non adhibetur neque Diaconus neque Subdiaconus. *Ibidem ad 2.* — Habere vero decreta iterum locum, sive Dignitas celebret pro Episcopo sive per turnum ad Dignitatem spectantem. *Ibidem ad 3;* et n. 2280 ad 1 die 12. Julii 1664.

Canonicis antiquioribus solemniter celebrantibus pro Diacono et Subdiacono inservire debere Canonicos habentes praebendas diaconales et subdiaconales non obstante statuto et consuetudine in contrarium allegatis, quam abusum esse. n. 937 die 22. Novemb. 1631.

Habentes Canonicatus seu Praebendas diaconales vel Subdiaconales, etiam cum Dignitate, onera illis adnexa obire debere. n. 1610 die 23. Aug. 1649. — Dictum decretum non comprehendere Dignitates, quae habent Praebendas Diaconales *perpetuo unitas*, nec tales Dignitates in posterum esse apponendas in turno Diaconorum. n. 1662 die 22. Mart. 1653.

Dignitates Cathedralis Gerund. cogi non possunt ad Evangelium canendum celebrante Canonico vel alio Portionario inferiore. n. 3532 ad 2 die 3. Oct. 1699; n. 3855 ad 5 die 26. Aug. 1713.

Vd.: *inf. decr. n. 1252; 3456; 3030.*

Dignitates Cathedralis Sarnensis non tenentur ad exercendum Officium Diaconi et Subdiaconi in missis sol. et conventualibus. n. 3629 ad 2 die 1. Julii 1702. Nec tenentur consolvere pro Solario duobus presbyteris a Canonicis assignato pro explendo munere Diaconi et Subd., nec tenentur per se ipsos explere hoc officium. *Ibid.* ad 3 et 4.

Canonico celebranti Canonicos pro Diacono et Subdiacono et non alios inferiores inservire debere. n. 955 die 30. Apr. 1632; n. 113 die 22. Jan. 1639; n. 1209 die 31. Mart. 1640:

n. 1216 die 31. Mart. 1640; n. 1448 ad 6 die 16. Maji 1643.

Decanum habentem praebendam presbyteralem et diaconalem inservire debere in *utroque* Officio, si vult gaudere illorum proventibus. n. 1252 die 21. Aug. 1640.

Canonicum, qui simul est Organista, propter hoc onus non excusari, quominus teneatur suum Officium Diaconi ut caeteri praestare. n. 1472 die 8. Aug. 1643.

Illud verbum „*In solemnibus Missis*“ intelligendum esse de illis festis, in quibus (Dignitates et Canonici) tenentur celebrare ex obligatione Capituli. n. 2280 ad 2 die 12. Julii 1664.

Ad dubium: An Dignitates et Canonici Cathedr. Sarnen. teneantur in missis sol. et conv. praecipue in diebus festis ex obligatione capitulari assistere semetipsis gradatim in ministerio Subdiaconi et Diaconi, non obstante antiqua consuetudine, quam praetendunt, sufficiens alios simplices Sacerdotes non de gremio Capituli ad exercendum Off. Diaconi et Subd. . . etiam assistente Episcopo; an vero hoc munus obire teneantur, Episcopo dumtaxat pontificaliter celebrante? S. C. resp.: Canonicos semper et quandoque teneri. n. 3248 die 15. Sept. 1691.

In omnibus et singulis diebus, in quibus missae cantantur per Dignitates seu Canonicos, Canonicos pariter debere inservire in Officio Diaconi et Subd., non obstante quacunque contraria consuetudine. n. 3281 ad 1 die 14. Junii 1692; n. 5069 die 27. Febr. 1847.

In Ecclesia Cathedr. Nuceriae nulla est distinctio Ordinum Canonicorum Diaconorum et Subd., sed omnes recipiantur absque ulla differentia actu Sacerdotes. Canonici vero *antiquiores* cum recusent inservire pro Diaconis et Subd. junioribus missam celebrantibus

et propterea ad illas cantandum non admittant, S. C. resp.: Non obstante consuetudine quacunque in contrarium tenentur omnes Canonici, exceptis Dignitatibus, sibi invicem ministrare, nullo habito respectu ad receptionem sive antiquiorem sive recentiorem. n. 3456 die 25. Jan. 1698; n. 4627 die 22. Sept. 1827.

Ad dubium: An *Capellani Capellaniarum* erectarum in Cathedr. Alexandrina vigore dispositionis quondam Canonici Pumesani teneantur inservire in Officio Diaconi et Subd. Dignitatibus vel Canonicis ejusdem Cathedralis celebrantibus? S. C. resp.: Negative et amplius proponi vetuit. n. 3826 die 17. Maji 1710.

Solemniter celebrante uno ex Canonicis (Cathedralis Neritonen) non tenentur Dignitates ei assistere in munere Diaconi et Subdiaconi, sed servetur solitum. n. 3030 ad 2 et 3 die 12. Mart. 1735.

In quadam Cathedrali, quando celebrat Canonicus, Diaconus et Subd. aliquando sunt inferioris ordinis. An haec consuetudo retineri possit? S. C. resp.: Affirmative. n. 4536 ad 4 die 4. Junii 1817.

b) Extra Cathedralem.

Canonici non tenentur inservire in Officio Diaconi et Subd., nisi Canonici celebrent extra Cathedralem ex obligatione Capituli. n. 220 ad 3 die 12. Julii 1664.

5) Canonicorum Collegiatae.

a) In ipsa Ecclesia Colleg.

Canonicos Collegiatae Canonicis solemniter celebrantibus non teneri pro Diacono et Subdiacono inservire, nisi Praebendae sunt distinctae, alias servandum esse solitum. n. 1569 ad 2 die 17. Novb. 1646.

Distributionem muneris Diaconi et Subdiaconi (in Eccles. Colleg.) esse faciendam a prima Dignitate juxta ceterasque praerogativam et per turnum, quatenus ab alia Dignitate hujusmodi distributio fieri non consueverit. n. 1569 ad 3 die 17. Novb. 1646.

Laudandos esse Canonicos (Collegiatae s. Petri Dioec. Spoletanae), si Concanonico celebranti assistentiam Diaconi et Subdiaconi praestent, *sed ob paucitatem numeri Canonicorum eos nullatenus cogendos esse*. n. 2088 die 18. Decb. 1660.

b) Extra Collegiatam.

Non teneri Canonicos Diaconos. . . Canonicis celebrantibus extra Collegiatam inservire nisi interveniente Capitulo. n. 1139 die 16. Apr. 1639. n. 1156 die 23. Maji 1639.

Dignitatibus et Canonicis Missas et vespas solemniter ubicunque extra propriam Ecclesiam celebrantibus, competit jus habendi assistentes in Officio Diaconi et Subdiaconi de gremio Capituli Colleg., quando totum Capitulum convenire debet. n. 4407 ad 19 die 10. Sept. 1782.

6) Celebrantis missam, cui Episcopus assistit.

Diaconus et Subdiaconus post Episcopum et Celebrantem stantes inter se confessionem ipsam absolvent medii inter Canonicos assistentes, si Diaconus et Subdiaconus fuerint Canonici; sin minus, a sinistro latere simul stantes post Episcopum et Celebrantem. n. 2805 ad 6 die 14. Novemb. 1676. Vd.: *Episcopus assist. missae solenni*.

7) Coadjutoris.

Canonicos teneri inservire Archidiacono et Coadjutori sol. celebrantibus. n. 3388 die 7. Apr. 1696.

Decreta authentica.

In absentia Coadjuti in omnibus functionibus canonicalibus teneri Canonicos inservire et ministrare juniori Canonico Coadjutori eo modo, quo tenentur Canonico antiquiori Coadjuto. n. 396 die 10. Jan. 1609.

8) Dignitarii Cathedralis.

Cf.: *Mitra; Coadjutor Canonicorum*.

Librum Caeremonial. non prohibere, quin Canonici Dignitati seu alio Canonico celebranti assistere possint et debeant cantando Epistolam et Evangelium; et ideo in hoc a solito non esse recedendum. n. 303 die 4. Mart. 1606.

Cum indecorum sit, digniorem inferiori ministrare, S. R. C. censuit, non convenire, ut Canonici Ecclesiae Cath. serviant seu ministrant simplici presbytero non Canonico celebranti cantando Epistolam et Evangelium. n. 492 die 5. Junii 1614.

Diaconi et Subdiaconi Canonicorum assistentiam primae Dignitati Missarum solemniter peragenti debent. n. 1888 die 6. Apr. 1658; n. 3339 die 4. Sept. 1694; n. 4280 die 7. Julii 1759.

Convenire, ut dum in diebus festis et solemnibus Decanus Missam solemnem celebrat, duo Canonici ei assistant, cantando Evangelium et Epistolam. n. 500. die 14. Febr. 1615; n. 1872 die 16. Mart. 1658.

Stante etiam penuria Canonicorum in choro, celebranti Dignitati debetur assistentia duorum Canonicorum (Diaconus et Subdiaconus) n. 803 die 17. Martii 1629; n. 2025 die 24. Jan. 1660.

Canonicos teneri ad inserviendum pro Diacono non solum Dignitati solemniter celebranti, sed etiam cuique alii Canonico pariter celebranti. n. 810 die 31. Mart. 1629.

Dignitate solemniter celebrante Canonicos pariter pro Diacono et Sub-

diacono et non alios inferiores inseruire debere, non obstante contraria consuetudine, quam abusum. n. 901 ad 1 die 8. Mart. 1631.

Dignitati . . . celebranti Canonicos pro Diacono et Subdiacono et non alios inferiores inseruire debere. n. 955 die 30. Apr. 1632; n. 1209 die 31. Mart. 1640; n. 1216 die 31. Mart. 1640; n. 1317 die 20. Apr. 1641; n. 1334 die 6. Julii 1641; n. 1539 ad 2 die 26. Aug. 1645; n. 1671 die 24. Maji 1653; n. 1696 ad 4 die 7. Martii 1654; n. 1761 die 7. August 1655.

Dignitatibus solemniter celebrantibus Diaconum et Subdiaconum debere assumi ex numero Canonicorum, contraria consuetudine non obstante. n. 1502 ad 3 die 14. Maji 1644.

Prima Dignitas non potest uti Diacono et Subdiacono, qui sint etiam presbyteri. n. 1683 die 9. August 1653.

Dignitati seu Canonico solemniter celebranti Canonicos pariter inseruire debere in Officio Diaconi et Subdiaconi *quamvis Praebendae non sint distinctae*. n. 1946 die 7. Decb. 1658.

Attento, quod Praebendae canonicales sint presbyterales, Canonicos Cathedralis Amalphanae Dignitatibus celebrantibus non teneri inseruire pro Diaconis. n. 2756 die 23. Novemb. 1675.

Canonicos primae Dignitati solemniter celebranti in Sabbato s. et Sabbato Pentecostes ad Ministerium Diaconi et Subdiaconi praestandum omnino teneri. n. 1724 die 22. Aug. 1654; n. 1769 die 8. Oct. 1655.

Canonicos Cathedralis etiam *per Ordinarium* ad inseruendum in Officio Diaconi et Subdiaconi Dignitatibus celebrantibus *compellendos* esse n. 1941 die 7. Decb. 1658; n. 4004 ad 7 die 24. Novb. 1731.

Ad Praepositum spectat jus cantandi

Missas et Vesperas cum assistentia Diaconi et Subdiaconi Canonicorum in solemnioribus. n. 2475 ad 2 die 23. Mart. 1669.

Ad dubium: An Canonici turno adstrictus exercere Officium Diaconi in missa sol., assistente Episcopo, possit hoc off. committere suo Coadjutori et insimul exercere per se ipsum alterum Officium libri coram Episcopo in praedictum Praebendati immediate sequentis? S. C. resp.: Negative n. 4047 die 23. Junii 1736.

Canonicos tam ordinis diaconalis quam subdiaconalis per turnum teneri ad assistentiam Praeposito tam in solemnioribus quam in dominicis, quando ipsemet celebrat, nec tolerandam consuetudinem assumendi duos presbyteros extra gremium Capituli. n. 2486 ad 1 die 20. Julii 1669; n. 2493 die 31. Aug. 1669.

Canonici tenentur assistere Archidiacono (Dignitati) Ecclesiae Macerat. in missa et processione SS. Corp. Chr. in Officio Diaconi et Subdiaconi. n. 2890 ad 1 die 17. Junii 1678.

Ad dubium: An Archidiacono sol. celebranti debeatur assistentia a tribus ultimis Canonicis? S. C. resp.: Deberi assistentiam Canonicorum pro Diacono et Subd. tantum. n. 3373 ad 2 die 17. Decb. 1695; n. 3674 ad 2 die 23. Febr. 1704.

Solemniter celebrante una ex Dignitatibus (Cathedralis Neritonen) non tenentur alii Canonici assistere in munere Diaconi et Subdiaconi sed servetur solitum. n. 4030 ad 1 et 3 die 12. Mart. 1735; n. 4358 ad 12 die 7. Decb. 1771.

Canonici Cathedral., in quibus nulla adhuc inuenta sit consuetudo aut particularis institutio et ubi Praebendae canonicales nullimode sunt distinctae in Presbyterales, Diacon. et Subdiaconales, tenentur ex jure ministrare pro Diacono et Subd. Dignitati . . . sol.

missam conv. celebranti n. 5019 ad 3 die 14. Junii 1845.

Canonicos Collegiatae inseruire debere pro Diacono et Subdiacono Dignitatibus solemniter celebrantibus. n. 1569 ad 2 die 17. Novb. 1646; n. 3430 ad 7 die 22. Junii 1697; n. 3455 ad 4 die 25. Jan. 1698; n. 4475 die 20. Maji 1801.

Canonicos Collegiatae famulari debere in Officio Diaconi et Subdiaconi Abbati solemniter celebranti. n. 1947 die 7. Decb. 1658; n. 3445 ad 2 die 5. Oct. 1697.

Abbati Collegiatae Aquilanae solemniter celebranti Canonicos in Officio Diaconi et Subdiaconi inseruire debere. n. 3199 ad 1 die 30. Julii 1689.

In Ecclesiis Colleg. Diaconus et Subdiaconus (quamvis Canonici), qui inseruiunt Celebranti in benedictionibus Candelarum etc., debent etiam inseruire sol. Missae, quae ab eodem, qui benedicit, semper celebrari debet. n. 3416 ad 2 die 30. Mart. 1697.

Ad dubium: An absente vel impedito Canonico Diacono vel Subd. teneatur in functionibus supplere Canonici junior Sacerdos seu potius Sacerdos Capellanus personaliter residens aut alius simplex Sacerdos sumptibus dictorum Canonicorum Diaconi vel Subdiaconi? S. C. resp.: Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. n. 3962 ad 7 die 7. Julii 1725.

Non licere Praeposito Collegiatae Finarii celebrare missas sol. cum duobus Diaconis et duobus Subdiaconis et Presbytero assistente parato plurali. n. 2959 die 7. Junii 1681.

10) Episcopi.

a) Canonici est.

Cf.: *Confessio; Sandalia.*

Epistolam et Evangelium cantare debere duos Canonicos ex ordine Dia-

conali et Subdiaconali, modo tamen sint distincti inter Canonicos Ordines; alioquin duos ex *ordine presbyterali* illud munus *per turnum* singulos peragere debere. n. 21 ad 6 die 23. Mart. 1592; n. 3281 ad 2 die 14. Junii 1692. Vd.: *Diaconi ass. in Eccl. Cath.* (decr. n. 4176).

Posse Dignitatem vel Canonicum munia, Epistolam et Evangelium cantare, per alium adimplere *cum licentia Episcopi*, dummodo *ipse* Canonicus provideat de serviente seu ministrante pro eo. n. 230 die 10. Jan. 1604.

Deservire debere Episcopo celebranti personas de Capitulo et nullo modo alios, qui non sint de eodem Capitulo. n. 1019 die 26. Maji 1635.

Archiepiscopum, dum in aliis Ecclesiis quam in Cathedr. pontificaliter celebrat, propriorum Canonicorum ministerio uti debere. n. 1464 ad 2 die 11. Julii 1643.

Decano in ministerio Primicerii, cujus est Coadjutor, impedito, Officium de Diacono per Canonicum in ordine proximiorum esse exercendum. n. 1468 die 8. Aug. 1643.

Si nullus presbyter Canonici aderit, praeter Dignitates, tunc aliquem ex ipsis Dignitatibus teneri ad supplendum locum Diaconi deficientis. n. 1726 die 22. Aug. 1654.

In missa pontificali Episcopi tres Canonicos assistere et alios duos in officio Diaconi et Subdiaconi ministrare debere. n. 1741 die 14. Novb. 1654.

Episcopo injungendum esse, ut auctoritate etiam S. R. C. Canonicos compellat ad observanda decreta circa assistentiam Diaconi et Subdiaconi. n. 1956 die 15. Febr. 1659.

Inchoatis missarum solemnibus imo et s. induti vestibus si semel ad Episcopum Diaconus et Subdiaconus eidem famulatum exhibitori accesserint, inde a supervenientibus dignioribus Cano-

nicis removeri non debent. n. 2805 ad 1 die 14. Novb. 1676.

In fer. V. Coena Dom. Episcopus pedes Canonicorum lavans habere debet Dignitatem, quae munus Diaconi, et Canonici, qui munus Subdiaconi subeunt. n. 4317 ad 8 die 6. Aug. 1763.

Ad dubium: An duo primi Canonici post primam Dignitatem sedentes debeant assistere Episcopo celebranti in habitu diaconali vel potius unus servare debeat in Officio Diaconi Evangelii, et alter in Officio Subdiaconi? S. C. resp.: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. n. 4827 ad 1 die 23. Sept. 1837.

b) In Coena Domini.

Vd.: *Coena Dom.* (Consecr. Oleor. s.; Presbyt. numerus, decr. n. 5187.)

c) Diaconus incensat chorum.

Vd.: *Incensatio Cleri* (a quo facienda); *Diaconi assist.* (porrig. SSmum); *Diaconi assist. in conf. Ordinib.*; *Reverentia incensantis.*

Evangelium in Missa pontificali cantans thurificare debet Canonicos aliosque de Capitulo juxta rubricas Pontificalis. n. 33 ad 3 die 17. Novb. 1592. Etiam in Missa conventuali. *Ibid.* ad 5.

Non videtur sub quovis praetextu consuetudinis excusandus Diaconus Evangelii, quin Chorum thurificet juxta regulas Caeremon. n. 374 ad 10 die 15. Mart. 1608.

d) Diaconus minist. navic. et incensat Episcopum.

Diaconum Evangelii Episcopo ad altare existenti naviculam ministrare et eum *ibi* thurificare debere. n. 21 ad 6 die 23. Mart. 1592.

Diaconus, quotiescunque thurificetur altare, incensum ministrare tenetur. n. 1597 ad 4 die 5. Sept. 1648.

e) Elevant brachia.

Ad dubium: An Episcopo ascendente et descendente gradus Diaconus et Subd. teneantur brachia Episcopi sustentare? S. C. resp.: Servetur Caerem. L. 1. c. 8. n. 3845 ad 5 die 27. Febr. 1712.

f) Induunt Episcopum.

Vd.: *Canonici assist.* (an induunt Episcop.); *Sandalia*; *Tertia.*

g) In Processione SSmi.

VIGILERANEN.

Emi., e Rmi. Signori.

Il Canonico Pietro Gilardini della Citta di Vigevano divotamente espone, che in quella Cattedrale nel giorno del *Corpus Domini* nella consueta Processione si porto egli ad assistere Monsig. Vescovo in qualita di Diacono, come precedentemente nella medesima qualita lo aveva assistito nella S. Messa. Non mancarono alcuni oppositori, i quali pretendevano, che il Diacono, e Subdiacono della Messa non gia, ma i due Diaconi assistenti dovessero eseguire quella Sagra Funzione. Ad evitare pertanto negli anni avvenire consimili contestazioni, che potrebbero provocare scandalo nel popolo, e fissare insieme una massima, colla quale progredire senza errore, il supplicante umilmente implora l'oracolo dell' Eminenze Vostre Reverendissime. Che ec. Sacra autem Congregatio Rituum audita relatione a Secretario facta in Ordinariis Comitibus ad Quirinale sub infrascripta die habitis, rescribendum censuit: „Servetur Caeremoniale Episcoporum lib. II. cap. XXXIII. num 8. 17. 22.“ Die 6. Septembris 1834. n. 4736.

h) In Sabb. s. et Vigil. Pentecost.

Vd.: *Lytaniae in Sabb. s.* (Deposito Param.); *Episcopus* (paramenta.)

11) Episcopi Suffrag.

Vd.: *Suffragan. celebrans* (Assist. et Ministri).

12) Locus sese induendi.

RECINETEN.

Sacrorum Rituum Congregationi sequens propositum fuit Dubium ex parte Capituli Cathedralis Ecclesiae Recineten., ut illud de more declarare dignaretur, nimirum: An beneficiati ipsius Cathedralis, qui Diaconi et Subdiaconi munia exercere debent, possint ac debeant indui Paramentis Sacris in eadem Mensa, in qua Planeta vel Pluviali se induit Celebrans etiam si hic sit Canonicus et Dignitas. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum coadunata in Ordinariis Comitibus, ad relationem infrascripti Secretarii respondendum censuit: „Affirmative: die 16. Martii 1833.“ n. 4706.

13) Manus non admovent ad altare infra genuflexionem.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXX. n. 7.

14) In Missa cantata conventuali.

Vd.: *Diaconus Missae Dignitarii* (decr. n. 5019.)

Sacerdotes, qui non sunt degremio Capituli, nec ex certis vel incertis Cathedralis redditibus aliquid percipiunt, non posse cogi ad inserviendum pro Diacono et Subdiacono in Missis cantatis. n. 1550 die 13. Jan. 1646.

Canonici in Missa conventuali Celebranti in Officio Diaconi et Subdiaconi famularentur. n. 1890 die 8. Junii 1658.

Canonicos Cathedralis ad inservien-

dum in Officio Diaconi et Subdiaconi Canonico missam conventualem celebrante teneri diebus festivis et duplicibus tantum, reliquis vero diebus posse servari consuetudinem celebrandi missam convent. etiam sine ministris ad ritum in Missali rom. praescriptum. n. 1942 die 7. Decb. 1658.

15) In missa lecta.

Ad dubium: Utrum loco Missae solemnis cum cantu, ad evitandam diuturniorem moram, celebrari possit Missa lecta, eidem inservientibus Diacono et Subdiacono Dalmatica et Tunica indutis?

S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„Negative in omnibus.“ n. 5211 ad 1 die 21. Julii 1855.

16) In aliis Missis solem.

Vd.: *Evangel.* (quo modo cantant.)

Etiam Regulares cujuscunque Ordinis et Instituti, etiam Societatis Jesu teneri in missis solemnis adhibere Diaconum et Subdiaconum. n. 1653 die 5. Oct. 1652.

17) Non induunt Celebrantem.

Diaconus et Subdiaconus non debent adjuvare celebrantem, dum sacras induit vestes. n. 2791 ad 3 die 13. Julii 1676.

18) In Processione.

Sustineri non potest consuetudo, ut in processionibus aliisque s. functionibus, in quibus Celebrans est indutus pluviali et ejus ministri dalmaticis, dicti ministri incedant in medio processionis unus post alium ante Celebrantem, ad latera vero Celebrantis assistant duo Canonici sive parochi, induti superpelliceo; sed Ministri dalmaticis induti debent incedere unus

ad dexteram alter ad sinistram Celebrantis n. 4326 ad 3 die 23. Aug. 1766.

S. DIDACUS.

Occurrente festo translationis s. Didaci (dupl. min. ex concessione Alex. VII.) fer. 2. Rogationum cum alio festo dupl. min. et cum festo semidupl., festum translationis s. Didaci transferendum ad aliam diem non impeditam. n. 2988 ad 3 et 4 die 13. Junii 1682.

DIES.

1) Anniversarius.

Vd.: *Annivers.* (dies fixus.)

2) Assignatus.

Cf.: *Dies fixus; Translatio.*

Die 27. Septembris, in quo celebratur solemniter Festum et Officium sub ritu dupl. primae classis S. Cosmae et Damiani supradictae Basilicae Titularium, occurrit etiam Festum SS. Antimi, Leontii, Euprepri pariter Martyrum ac germanorum Fratrum eorundem S. Cosmae et Damiani, quorum omnium Sacra Corpora in eadem Basilica asservantur: quod quidem Festum colitur sub ritu dupl. maj., et celebrari consuevit die sequenti, nempe 28. ejusdem mensis Septembris: unde supplicatur, ut ita imposterum perpetuo servetur, ac si esset dies propria Et S. eadem R. C. rescribendum censuit:

„Pro gratia juxta petita“ n. 3901 ad 3 die 12. Junii 1717.

3) Cinerum.

Cf.: *Cineres; Dies octava* (non commem.)

Pro parte Monialium Benedictinarum Ecclesiae Sanctorum Cosmae et Damiani in Terra Tagliacotii Dioecesis

Marsicanae expositum fuit apud S. R. C., quod concessum fuit Congregationi Cassinensi, ut cum octava possit recitari officium s. Benedicti et S. Scholasticae etiam in quadragesima: et quia variae sunt opiniones circa celebrationem diei Cinerum, cum cadit infra octavam S. Scholasticae: quapropter dictae Moniales supplicarunt pro declaratione, ut infra, videlicet:

1. An tali die Cinerum in laudibus debeat fieri commemoratio octavae, relinquendo solitas commemorationes Sanctorum, preces ad Primam, Officium B. V. M., Psalmos graduales, et Orationes Horarum stando dicere?

2. An in tali officio, relinquendo commemorationem octavae, debeant solitas commemorationes recitari, preces ad Primam dicere, et Officio B. M. V. cum Gradualibus satisfieri, et Orationes horarum audiri flexis genibus, vel quomodo?

3. An Missa Conventualis debeat concordare cum Officio infra octavam et debeat dici de feria?

Et eadem S. R. C. respondit:

Ad 1. „Negative“.

Ad 2. „Serventur omnino Rubricae Fer. IV. Cinerum“.

Ad 3. „Dicenda Missa de Feria“.

N. 2973 die 24. Januarii 1682.

In Off. Fer. IV. Ciner. relinquendo commemor. Octavae debent Privilegiati dicere preces, psalmos, graduales etc. et servare omnino rubricas. Fer. IV. Ciner. S. R. C. 24. Jan. 1682.

Cf.: *Octava* (cessatio).

4) Festivus.

Ad dubium: An nomine diei festivi veniat in Caeremoniali Dominica quaecunque et quodcunque festum dupl. min. aut majus? S. C. resp.: Affirmative. n. 3664 ad 3 die 22. Sept. 1703.

5) Fixus.

Cf.: *Dies assignatus; Translatio festi perp. transl.* (decr. n. 4166; 4039.); *Calendarium; Annivers.* (dies fix.); *Martyres quadrag.*; *S. Mar. Magd. de Pazz.*; *S. Barbara; Dies natalis.*

Quando a Sede ap. aliquod festum dupl. vel semid. institutum vel instituendum occurrat eodem die festo dioecesano ejusdem ritus, de instituto pro universali Ecclesia Officium prius est recitandum, et si non sint ejusdem ritus, Episcopus non potest in sua Dioecesi minus digno diem fixum assignare. n. 3463 ad 1 et 2 die 15. Mart. 1698.

Officia, quae debent transferri, non transferri ad diem fixam sed ad primam diem non impeditam juxta rubricas de transl. fest. n. 3008 ad 3 die 28. Novb. 1682.

Nemo valet assignare diem fixum Sanctis translatis sine speciali decreto S. R. C. Ita S. R. C. 28. Novb. 1682.

Nullum Officium transferri debet in diem fixum nisi aliter indultum fuit a Sede apost. S. R. C. 10. Jan. 1693.

Non licet PP. Capuccinis nec aliis cujusvis Ordinis regul., qui non utuntur Breviario PP. Min. Obs. in usum deducere rubricam in dicto Brev. anni 1696 n. 15 expressam: *Quando autem plura Officia de praecepto eadem die in aliquibus locis ita fixe occurrant, ut translatio alicujus seu aliquorum sit perpetua, tunc prima dies proxima non impedita, assignanda censetur in perpetuum pro die propria festi translatis respective.* Si quidem concessio facta utentibus Breviario Min. non extenditur ad non utentes. S. R. C. 28. Aug. 1706 in una PP. Cap. Prov. Leodien.

Cum pluries occurrant quotannis eodem die duo festa Sanctorum, quorum unum juxta rubricas est transferendum, petitum fuit ex parte Archiepiscopi et Capituli Hispalensis, ut quoties per-

petua est talis occurrentia, assignetur ei, quod transferendum est, dies propria et fixa, prima nempe dies non impedita. S. R. C. resp.: Sanctis, qui perpetuo sunt transferendi, sit assignanda dies fixa et commisit eidem Revdssmo. Archiep., ut pro unica vice deveniat ad hanc assignationem dierum. die 26. Novb. 1735.

6) Irae etc.

(*Cantanda in missa de Requ.*)

Vd.: *Missa de Requ. sol. (Ritus). Sequentia in missa de Requ.*

7) Natalis.

Vd.: *Dies fixus.*

Dies Natalitii si omnes habendi sunt, qui licet vere non sunt dies obitus, tamen ex decr. apost. assignati sunt festivitati alicujus Sancti veluti fixi et veluti propria eorum sedes. S. R. C. 28. Novb. 1682 in *Neapolitana.*

8) Obitus et tertius, sept. et trigesimus.

Vd.: *Officium Defunct.; Missa de requ. in die obitus etc.; Oratio pro def.; Missa de requ. in die 3. 7. et 30.*

Si trigesima vel septima aut tertia dies ab obitu defuncti incidat in diem dominicam, potest anticipari vel transferri in diem immediate sequentem, et ita semper debet enumerari a die obitus; si vero incidat in diem dominicam, in tali casu a die depositionis enumerandum erit, et in tertia, 7. et 30. semper canitur missa ex privilegio ut in die obitus. n. 4175 ad 7 die 4. Sept. 1745; n. 197 ad 5 die 23. Maji 1603.

Vd.: *Missa de Requ. in die obitus in dominica.*

Ad dubium: An diebus 3. 7. et 30. a depositione defuncti, in quibus occurrit Officium duplex per annum, non tamen festivis de praecepto, celebrari possint Officium et Missa def-